

P V I S



1 6 0 3



VOTA NVPTIALIA,
 ORNATISSIMO
 IUVENI Dn. IOHANNI
 ROCKSTEDIO, CIVI AC TYPO-
 grapho Halensi, Sponso,

ET

LECTISSIMÆ VIRGI-
 NI ANNAE, SPECTATISSI-
 mi viri, Dn. IOHANNIS LEVDERI, Camerarij
 & Senatoris in Inchyta Repub. Salinarum pri-
 marij Filie, Sponsae.

Scripta ab amicis.

cy.

Die Nuptiarum 23. Maij Anno
 M. D. XCVIII

re 20

HALÆ SAXONVM,
 Typis Dn. Sponsi.





GRATVLATIO DICATA,

TYPOGRAPHEO ET NYMPHEO ORNA-

TISSIMI SPONSI DN. IOHANNIS ROCKSTETI

Hallensis, & pudiciss. virginis Annæ Lu-
theriæ Sponsæ.

*N*ulla Typographica preclarior extat in orbe
Arte, nec est studiis aptior vlla sacris:
Illa DEI laudes totum vulgare per orbem,
Illa potest grauium pandere scripta virum:
Exarat illa die, quantum vix scribitur anno,
Peruolit atq; ampli climata cuncta soli.
Scripta Prophetarum, bissenorumq; sacrata
Mystarum, dedit hæc quolibet ore legi.
Excolit omnigenas miranda luce Camænas
Ingeniisq; parit perpes ubiq; decus.
Coniugio veras laudes pictura Typorum
Restituit, Monachis quas temerare lubet.
LUTHERI calamus studio feruente fugauit
Chalcographum, Latii dogmata vana Lupi.
Proximitas igitur sancti quoq; clara LUTHERI
Chalcographo, merito grata brabea dabit.
Atq; Typographicis operis iuuenesq; senesq;
Virgineusq; chorus premia iure fauent.

A 2

Ac

Ac tibi, ROCKSTEDI, forma prestante puellam
 Pro pulcris alacres dantq; parantq; Typis.
 Patriaq; & patriæ te Ecclesia nobilis ornat
 Et sponsa & precibus stirpsq; Lutheri adum.
 Stirps tibi Lutheri forma & pietate pudica
 Egregiam Nympham rite iugare parat.
 Faxit is æterno qui fœdere sanxit amores
 Legitimos, faueant ut pia fata diu.
 Ut pia fata tibi, & castæ, quam diligis, ANNÆ
 Fausta ferant animæ & corporis usq; bona.
 Vivite Nestoreos, felices vivite in annos
 Ectypa conjugij sancta fovete Typis.

Iohannes Olearius D.

ALIVD.

A NNE ego te grater patri; an grater tibi sponsam?
 Causam habeo, grater cur tibi; cur patriæ.
 Te patriæ ut grater, facit ars tuæ; quæ patriam ipsæ
 Condecorasque meam, condecorasque tuam.
 (Nam locus & mihi qui vitales præbuit ortus,
 Principium vitæ præbuit ille tuæ.)
 Ars ea iuncta pari studiis bene fœdere nostris,
 Et miranda venit, frugifera atque venit.
 Archetypis elem. ntorum chalyb. inditur albis
 Plumbum induratum flexile vulnifico.

Cistula

Cistula & inde patens elementa suo ordine promittit,
Vocula literulis colligiturque suis.

In Syst ma decens sententia quaeque locatur,
Applicatum prae lo subijciturque graui.

Sepia & inde colore typos mox inficit atro;
Niliaca, imposita & charta, papyrus, adest.

Comprimitu. prae lum totis hinc viribus arctum,
Vnde recens tanto munere surgit opus.

Sic tenui curâ, modicis & sumtibus, anno
Quod nequeat scribi, conficit una dies.

Mira putata fuit res, ars scriptoria, semper;
Sensa animi certis exprimit apta notis.

Mira magis res est, ars impressoria; longè
Nam breuiore, magis praestat id apta, viâ.

Teutonici ora quidem Moguntia protulit artem
Hanc primum, docta perpoliitque manu:

(Faustus erat prior huic Schafferdii industria fida,
Et Cuttenbergi, consociata fuit.)

Non aliter tamen hoc inuentum creditur esse,
Solo hanc quam totam rem moderante D E O.

Namque ab eo summo omne bonum proficiscitur vno;
Luminis illic pater dicitur esse sacri.

Sed velut agnoscenda D E I sunt dona potentis,
Sic decet hoc ingens noscere quenque bonum.

Hoc varias verbi cito semina spargit in ora:
Praebet iter Musis hoc celere Aoniis.

Augusto fuerat non dono augustius vllum,
Linguarum turbæ quam dato Apostolicae.

Sed non Chalcographi (bona tanta repente ferendo)
Inferiore etiam prae la locanda graui

Quam

An. Dom.
1440. sub
Frid. Ter
tio. vt
Naucl. an
notat Vo
lum. 2. vel
(teste A
uent.) An.
1450. Po
lyd. Verg.
derer. In
uent li. 2.
c. 70

Quam sacra Apostolici sunt munera muneris, amplo
Munere linguarum mente putanda tui.
Dona volant linguae, varie per climata terrae,
Per mundi varias edita charta plagas.
Sed quò, SPONSE, tu e donum est augustius artis,
Plus grator patrie hoc atque tuae, atque meae.
Restat ut è grater tibi, qua tibi cessit Olympo,
Consortem socij particeps inque tori.
Quod venà faciunt alij quia diuite: parare
Laude tibi merità, IANE, supersedeo.
Vota sed haec versu simul addi tibi ista petito,
Devoto verè vita profecta animo:
SPONSE toro felix sis sponsa, SPONSA QVÆ sponsi:
Sit fecundus amor, sit diuturnus amor.

M. Christophorus Caesar Iunior
Saxo Halensis.

ALIVD.

ANNUA nunc nobis redierunt tempora veris,
Telluri flores, arboribusque comae.
Murmure nunc rauco iungunt sua rostra palumbes,
Ore facit dulces nunc Philomela sonos.
Maio mense paras thalami tibi gaudia sponse,
In ius lum sponsam connubiale vocas:
Ecce tibi Cypris cum donis, ecce Cupido,
Sponte faces quatiens en Hymeneus adest:
Ver fundit flores, vernans rosa surgit in aur:
Pro Cauris Zephyri murmura blanda mouent.
Post hyemem verni sequitur tibi temporis aetas,
Hic non ignavum convenit esse virum:

*Ten vites vltimum, sic sponse amplectere sponsam,
Non ut orus, sed honos, nec sit amaror amor.
Sit precor A N N A quies animi, sit grata voluptas,
Sit spes A N N A annis fida comesque tuis:
Namque graues veniunt dum curis pluribus anni,
A N N A tuis curis dulce leuamen erit.
A N N A det in cunas precor, annua dona, perennes
Sic annos, tibi sic annua festa dabit.
Ac velut in sese nomen gerit A N N A recurrens,
Et manet A N N A vel a fronte retrouè legas:
Vnus sic animus maneat, mens ferueat vna,
Vna fides regnet, spiret & vnus amor.
Seu vos successu ato fortuna fouebit,
Seu rigido fato vos Dea cæca premet.
Cum vos vobis sint prospera fata per annos,
Sit sine labe domus, sit sine lite torus.*

M. Lucas Peiferus.

A L I V D.

CAfus abest rebus: regit & diuina voluntas
Omnia, quam vates dicere fata solent:
Sic fiunt certa tædæ sub lege iugales,
Fortuitus non est connubialis amor.
Ordine sed quamuis diuino cuncta ferantur,
Tu tamen interea haud ocia segnis agas.
Quæ tua, fac tua qua uis nosse ante omnia discas,
Als iduas inter ferre ferenda preces.
Sic qui onus imposuit, vires quoque suggeret, ij se
Vinum ex intpidâ sic Deus addat aqua.
Hæc te tolentur, spes ac oratio sponse,
Nec rapidæ aduerso flumine ferris aquæ.

Miles

Alles wie in den Schrifften steht/
Aus sonderlicher schickung geht/
So helt sichs auch im Ehestande gleich
Er geschicht nach Gottes willen reich/
Und ob wol alles von Gotte kömpt/
Es dich deins Ampts drum nicht benimpt/
Dein Ampt ist/ stets bitt Gott vmb huldt/
Was du thun must/ thue mit gedult.
So wird Gott dein last lindern fein/
Vad machen lauteru Bron zu Wein/
Deß muß sich trösten/ ein Breutigam from/
Sonst schwimbt er stracks wiederu strom.

Scriptum ab

Antonio Serueto, Halens

Jf 4600

ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





B.I.G.

Farbkarte #13

LXXIV

73



UOTA NVPTIALIA,
ORNATISSIMO
U VENI Dn. IOHANNI
ROCKSTEDIO, CIVI AC TYPO-
grapho Halensi, Sponso,

ET

ECTISSIMÆ VIRGI-
ANNAE, SPECTATISSI-
vi, Dn. IOHANNIS LEVDERI, Camerarij
& Senatoris in Inchyta Repub. Salinarum pri-
marij Filie, Sponse.

Scripta ab amicis.

cy.

Die Nuptiarum 23. Maij Anno
M. D. XCVIII

re 20

HALÆ SAXONVM,
Typis Dn. Sponsi.



87